

etiam recipiunt fidem habentes. ideo dominus propter fidem ceterorum  
sanavit filium eius **Math. viii.** Multum valet fides propria. si propter  
fidem alienam paliticus sanatus est. quod fit per propriam. **Mat.**  
**viii.** Quia mulier chanaanica magnam fidem habuit ideo sanitatem fi-  
lie impetrauit **Math. xv.** Credens pater pueri lunatici dixit cre-  
do domine adiuua incredulitatem meam **Mar. ix.** Paulus videns  
quendam claudum qui postquam accepit fidem paulus eum sanavit  
**Actu. xiii.** Fides saluat. i. facit homines saluari. ideo mulier  
paciens fluxum sanguinis dixit intra se. si tetigero fimbriam vesti-  
menti eius salua ero. et sequitur. Confide filia fides tua te salua  
fecit **Math. ix.** Magna fuit fides magdalene propter quam christus  
dixit ei. fides tua te saluam fecit vade in pace **Luc. vii.** Custos  
carceris in quo erat paulus videns terremotum et carcerem apertum  
dicebat. Quid me oportet facere ut saluus fiam? Respondit paulus.  
crede in deum et saluus eris **Actu. xvi.** Fidem instruit et instru-  
ere debent prelati et predicatorum verbi dei populum audientem et ad  
eam inducere non credentes. Nam predicante petro in penthe. credi-  
derunt tria milia virorum **Actu. ii.** Multi samariam crediderunt  
in predicacione philippi et etiam symon magus **Actu. viii.** Postquam  
philippus predicauit eunuchus dixit eunuchus. Ecce aqua quae  
prohibet me baptisari. dixit philippus. si credideris ex toto cor-  
de. Et ait. Credo dominum iesum christum **Actu. viii.** Quidam aprii et ci-  
reni loquebantur ad gentes et conuersi sunt ad fidem **Actuum. xi.**  
Fidem non habentes debent reprehendi et puniri. ideo zacharias  
qui verbis angeli fide non adhibuit angelus eum taciturni-  
tate percussit dicens. non poteris loqui quousque haec fient pro eo quod  
non credidisti **Lu. p.** Punuit illos dominus de patria sua propter carendiam  
fidei subtrahendo virtutes et miracula quoniam non fecit ibi virtutes ni-  
tas propter incredulitatem eorum **Math. xiii.** Reprehendit saluator pe-  
trum dicens. Modice fidei. quare dubitasti? **Mat. xiiii.** Thomam  
non credentem dominus reprehendit dicens. Noli esse incredulus **Jo. xx.**

### De fide magna mulierum.

Fides mulierum magna est. **More virorum sic extolluntur.**  
**Verba sanctorum sic obscurantur.**  
**Re creditorum corda permanet.**

**F**ides sanctarum mulierum in sacra scriptura extollitur et laudatur. Nam commendat apostolus fidem raab. que non perit cum incredulis. suscipiens nuntios iosue exploratores in pace. Josue ii. Comendatur ruth de fide que dixit socii sue. populus tuus populus meus et deus tuus deus meus. Ruth. prio Redarguitur zacharias ab angelo de infidelitate et Elizabeth commendatur de fide quia fideliter exclamavit. Luce p. De resurrectione domini multos viros legimus dubitasse. sed de mulieribus nichil tale. sed legimus quod christus primo marie magdalene apparuit. et illa credens fideliter currensque velociter apostolis annuntiavit. Math. xxviii. Marci xvi. Luce xxiii. Johannis xx.

**F**idem habent mulieres sancte credendo verbis factorum virorum et eis fidei plenarie adhibendo. Sic vidua sareptana verbi helie fidem adhibuit. licet ille rem multum difficilem iuberet. iii. Ry. xvii. Alia mulier multis debitis obligata verbis helizei fidei adhibuit et vasa multa mutuo acquisiuit et oleum multiplicatum inuenit. iii. Ry. iiii. Lidia purpuraria paulo instruente credidit et baptisata est cum omni domo sua. Actu. xvi.

**F**idem non solum mulieres sed et omnes homines confiteri debent. quia corde credit ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Rom. x. Mundi creatorem et corporum resurrectionem confitebatur illa mulier que septem filios ad mortem pro dei legibus auerit. ii. Mach. vii. Anna prophetissa confitebatur domino et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem israel. Luce. ii. Mulier samaritana confessa est fidei dicens. Scio quia messias venit qui dicitur christus. Joh. iiii. Confessio fidei marthe similis fuit confessioni petri. Petrus enim dixit. Tu es christus filius dei viui. Math. xvi. Mar. viii. Luce. ix. Martha autem dixit. ego credidi quia tu es christus filius dei viui. Joh. ix. De fide mulieris sanguifluę chananee et magdalene que proximo capitulo precedenti.

**De fidelitate seruanda:**

**Fideles debent esse homines:**

- Obedientia vere parento:
- Benivolentia se diligendo
- In presentia bene regendo:
- Pleni scientia consulendo:
- Incurretia pacta tenendo